

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Joachim Schoepffer

**Programma Qvo Johannes Joachimus Schöpffer/ J.U.D. ... Ad Disputationem  
Inauguralem Francisci Ernesti Kohl ... De Juramento Judiciali, Sine  
Probationibus Delato, Die V. Junii Ao. MDCCIV. ... Habendam ... Invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1704

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766636593>

Druck    Freier  Zugang



Schöpffer, J. J.,

in F. E. Kohl.

R. 1704.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn766636593/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766636593/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA  
**JOHANNES JO-**  
**ACHIMUS Schöpffer/**

J.U.D. ET PROF. COM. PALAT. CÆS. CONSIST. DUC.  
 CONSILIARIUS ET FACULTATIS JURIDICÆ  
 PRO-DECANUS  
 SUO, ET AMPLISS. FACULTAT. NOMINE  
 AD

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

*VIRI PRÆNOBILISSIMI ATQ; AMPLISSIMI,*

**FRANCISCI ERNESTI** *S. O. H.*  
 JUDICIORUM DUCAL MECLENBURGENSIVM  
 ADVOCATI ET PROCURATORIS ORDINARII,

DE

**JURAMENTO JU-  
 DICIALI, SINE PROBATI-  
 ONIBUS DELATO,**

*DIE V. JUNII AO. MDCCIV. HORIS ATQVE LOCO  
 CONSVENTIS HABENDAM*

MAGNIFICUM ACADEMIÆ RECTOREM, PROCE-  
 RES REGIMINIS MAXIME ILLUSTRES, ACADEMIÆ PATRES CON-  
 SCRIPTOS, AMPLISSIMUM URBIS SENATUM, OMNESq;  
 RELIQVOS ACADEMIÆ FAUTORES ET  
 CIVES

EA, QVA PAR EST OBSERVANTIA, ET HUMANITATE  
 INVITAT.

Rostochi, Typis Joh. Wepplingii, SER. PRINC. & Acad. Typogr.

# PROGRAMMA JOHANNES IO.

ANNUALIS EDITIONIS

CONFUTATORIS ET FESTIVITATIS LIBRIS  
CONSTITUTORIS ET FESTIVITATIS LIBRIS

200, II. AMERISS. FESTIVITATIS NOMINE  
LUD. ET LUD. CONSULT. DSC.

200, II. AMERISS. FESTIVITATIS NOMINE  
LUD. ET LUD. CONSULT. DSC.

DISTRIBUTIONE LIBRARIALE

1980. II. AMERISS. FESTIVITATIS NOMINE  
LUD. ET LUD. CONSULT. DSC.

BRANDENBURGIANA LIBRARY

STATE LIBRARY OF BRANDENBURG

BRANDENBURGIANA LIBRARY

DEPARTMENT OF LIBRARIES AND INFORMATION SERVICES

BRANDENBURGIANA LIBRARY

BRANDENBURGIANA LIBRARY

BRANDENBURGIANA LIBRARY

BRANDENBURGIANA LIBRARY

BRANDENBURGIANA LIBRARY

BRANDENBURGIANA LIBRARY



81



## Ravissimas haud ra-

ro observes controversias fo-  
renses, de juramento purgato-  
torio, an alter litigantium tan-  
tis gravatus sit indiciis & præ-  
sumtionibus, ut se canonice  
purgare teneatur, an vero pure  
absolvendus sit. Qvi enim

defectum sibi injunctæ probationis advertit, ut pluri-  
mum ex probationibus suis aliquid probatum esse  
contendit, quam tamen probationem alter vel de-  
struit vel penitus negat. Nec sine gravissimâ qvan-  
doque causâ talis tractatur controversia, ut ut enim  
præstito hoc juramento, is qvijuravit, pro innocentie  
habeatur & definitivè absolvatur e. Ex iurarum g. X. de  
purgat. canon. ita, ut purgatus, si antea ab officio su-  
spensus sit, in pristinum Statum, conditionem & of-  
ficium restituatur e. g. §. fin. X. d. purgat. Canon. Or-  
din. Cam. part. 2. tit. 10. §. Und ob jemand l. in fin. ibi:  
Und so Er solche purgation gethan hat / soll Er des  
Verdachts ledig seyn / und der End vor Recht ge-  
schwohren gehalten werden. Actorem tamen vel  
delatorem actione injuriarum convenire nequit  
Carpz. p. 4. C. 45. d. 9. n. uit. & Dec. 188. n. 21. Joh. Otto  
Tabor d. Confrontat. Diff. s. cap. ult. exempl. priori qn.  
3. Quia nunquam sine indiciis & conjecturis suffi-  
cientibus à judice defertur Carpz. d. Dec. 188. n. 22.  
Et sic actor vel delator probabilem causam vel agen-  
di vel deferendi habuisse censetur, quæ probabilis cau-  
sa eum ab actione injuriarum & expensarum restitu-  
tione liberat. arg. L. Eum quem temere 79. pr. ff. d. Ju-  
die,

*d.e.* Qvoties vero nullæ suspicioneſ vel indicia pro-  
bata ſunt contra delatum, accusatum vel reum, ita  
ut hic purè absolvatur, toties ei datur actio injuria-  
rum contra delatorem, accusatorem vel actorem, ſi  
delatio, accusatio vel actio famam delati tangat, per  
*Ordin. Camer. part. 2, Tit. 10. §. ult.*

Qvoties vero in tali versamur lite, in qvâ nulla  
actio injuriarum metuenda, toties extra Saxoniam, in  
foro, in quo jus Romanum ſeqvuntur, ſemper otiosa  
mihi viſa eſt hæc diſputatio: an juramento purgato-  
rio locus ſit, qvia per delatum juramentum judiciale  
evitari potest. Eſt enim hæc delatiojuramenti adeo  
privilegiata species probationis, ut in omni parte  
litis locum habeat *l. 12. pr. C. de Reb. Cred. & Jurij.*  
Licet nullæ aliae legitimæ adſint probationes *l. fin. §.*  
*10. C. d. jur. delib.* Idque ex ea ratione, quod adversari-  
us ſibi ipſi judeſ & teſtis conſtituatur, ut loquitur Ju-  
ſtinian. in *l. ult. C. d. Fideicom.* Hinc maximum re-  
medium expediendarum litium audit in *l. 1. ff. de Ju-  
rejur.* Varii tamen JCTi ſaluberrimum hoc remedi-  
um lites citò ad finem perducendi graviffimis invol-  
verunt difficultatibus, ut quidam litigantium, qui tæ-  
dio litis, adjuramentum judiciale contagiunt, quo  
moleſtiis litis cito liberentur, ſpe ſuā fruſtrentur, &  
novis involvantur moris, novisque diſputationibus,  
quojure, quave injuriā, alii viderint. Cum vero ma-  
teria hæc ſit quotidiana, & verè practica, ſuasor fui,  
ut vir Prae-Nobilissimus ac Conſultiffimus DN.  
**FRANCISCUS ERNESTUS RO. H. JUDIC.DU.  
CAL. MECKELB. ADVOCATUS ET PRO-  
CURATOR ORDINARIUS** eam, loco ſolennis di-  
ſputa-

sputationis pro Licentiâ, elaboraret. Qvod Consilium  
& assidua & felici executus est manu.

Lucem vero hic noster Candidatus Raceburgi  
d. 17. Maj. 1667. aspexit, & Patrem quidem veneratus  
est, Virum Nobilissimum & Clarissimum DN. CHRI-  
STIANUM KOHLIUM, Scholæ cathedralis Race-  
burgensis Rectorem optimè meritum, nunc inter  
beatos degentem. Matre autem gaudet fr̄eminâ le-  
tissimâ, omniq; virtutum decore spectatissima SO-  
PHIA MARGARETHA PECKELIA, Viri ma-  
ximè Reverendi atque Excellentissimi DN. MAT-  
THIÆ PECKELII, Serenissimiqvondam Principis  
ac Domini, Domini AUGUSTI, Ducis Lauenburgo-  
Saxonici Regentis, & Raceburgi residentis, Aulici  
concionatoris meritissimi filiâ.

Primit ab annis informatione tam Parentis  
qvam Collegarum, dictæ jam Scholæ Patriæ, in pie-  
tate & literarum studio crevit: Post obitum vero b.  
parentis, qvi accidit Anno 1677. Scholam Racebur-  
gensem oppidanam freqventavit, quam illo tempore  
moderabatur, Vir Clarissimus DN. PHILIPPUS FI-  
SCERUS, Ribenizio-Meclenburgicus.

Sed paulo post vicinæ Lubecensium scholæ per  
biennium tere se credidit. Cum vero dehinc pia  
mater ejus ad secunda transiret vota, & laudato jam  
*Dn. Fischer*, tunc scholæ Raceburgensis Rectori,  
nunc v. Ecclesiæ Hohenhornensis, in ducatu Lauen-  
burgico Pastori vigilantissimo, nuberet, ejusdem-  
curæ tam in schola Raceburgensi, qvam postea,  
per aliquot annos, in Parochia Hohenhornensi, com-  
missus est. Tandem A. 86. consilio parentum, Lu-  
nebur-

neburgum concessit, ibique per triennium; in schola Michaëlitana, quam paulo ante etiam Frater ejus Pl. Rev. Dn. Christianus Kobl, Pastor Kordeworenensis, in Ducatu Lauenburgico, devoutissimus, frequentaverat, sub Clarissimi & Præcell. Dn. M. Job. Büschii Rectoris manuductione in humanioribus (quamquam per adversam valetudinem, in feliciori studiorum cursu saepiusculè retardatus fuit) uti & ultimo tunc anno, privata informatione nobiliss. Dn. Licentiatis cbnarmacheri, in Institutionibus juris eos fecit profectus, ut Anno. 1689. ad scholas abire Regias, & primum quidem, ad nostram Rostochiensem, posset, ubi omnem curam & diligentiam, ad inceptum juris studium applicavit. Doctribus & ductoribus viris consultissimis & excellens, præcipue Dn. D. Jacobo Lemkero, Juris Prof. dehinc civitatis hujus consule p.m. nec non Dn. Johanne Kleinio, tunc juris Doctore privato exercitissimo, & paulo post Pandectarum P. P. Consistoriique Ducalis Assessore, posteaque ejusdem Directore, nunc vero etiam Serenissimi Ducis Mecklenburgici Regentis DN. FRIEDERICI WILHELMI Principis ac Domini nostri longè clementissimi, Consiliario Intimo, simulque Cancellariæ Directore gravissimo & hodie Academiæ Rectore Magnifico, Hospitioq; Viri Pl. Rev. DN. M. HENRICI CARMOHNII, Pastoris hic Jacob. fidelissimi, p. m. usus est, Positis Rostochii fundamentis Jurisprudentiae, in Aulis & Tribunalibus, illa in succum convertere & sanguinem constituit. Hinc se Berolinum contulit, inde Dresdam, Hannoveram & Cellam profectus

fectus est. Déinceps 1691. per Holstiam iter faciens, in Daniam trajectus Hafniæ per integrum fere annum commoratus est. Ex Dania ad Holstatos reversus, Kilianum petuit, ubi Fratris natu majoris Nobilissimi & Clarissimi Viri DN. FRANC. DIETERICI KOHLII; Scholæ Kiloniensis Rectoris optimè merentis, hospitio exceptus, & privatâ Excellentissimi Viri DN. D. REIHERI, Juris ibidem & Mathes. Prof. celeberrimi, informatione, jura ulterius excoluit, simulque occasionem ibi nactus est, filios quorundam Eqvitum Hollatorum informandi, & primum Studiis filiorum Illustris & Generos. DN. NICOLAI CHRISTOPH. à THIENEN, Hereditarii Domini in Bülck, prope Kilianum, residentis, deinde Illustris & Generos. DN. BENEDICTI ab AHLEFELD, Hereditarii Domini in Osterade, & Consiliarii provincialis, liberis præfectus fuit. Indefessa autem Candidati nostri informandi alacritas præcipue Illustri & prælaudato Domino à THIENEN nimium quantum placuit, hinc eudem liberis suis denuo præposuit, omniq[ue] humanitatis ac benivolentiæ genere prosecutus est, nec sine dolore nostrum dimisit, cum status familiæ mutatus dimissionē efflagitaret. Cui occasionē dedit iter, in quo visit sororem unicam germanam, & longè dilectissimam, Dominam ANNAM SIBYLLAM HEDWIG KOHLEN, Viro maxime Reverendo atque Excellentissimo DN. HABICHORSTIO, S. S. Tb. D. & Prof. longè meritisimo, Facult. Theol. Collegii Ducalis, Stotius Academia Seniori gravissimo, & Consistorii Ducalis Consilia-

rio, Domino College meo honoratissimo nuptam, hæc enim singulares animi dores atque eximias virtutes Virginis ANNÆ AMSELII<sup>Æ</sup>, Viri Prænobilissimi, atque Excelleniissimi Domini ANDREÆ AMSELII,  
J. U. D. & Pandect. Professoris, ut & Consistorii Ducalis Consiliarii gravissimi, filiæ natu majoris, vivis descripsit coloribus, ut *noster* amore captus, hanc fibi expeteret uxorem. Voti sui compos factus, & itinere rursum in Holsatiā repetito per Sverinum, consilio ibidem DN. THOMÆ AMSELN. J. U. D. & superorum judiciorum Mecklenburgensium causarum Patronitūc temporis Prænobilissimi, Excellentiissimiq; jam Sereniss. Meclenburgici Duci Regentis Cancellariæ Consiliarii eminentissimi, affinis sui æstimatissimi receptionem in numerum Advocatorum ordinariorum Ducalium submissè rogavit obtinuitq; quam eo ut magis ornaret provinciam, Facult. Jurid. nomen dedit, & superato examine rigoroſo, nunc Disputationem suam Inauguralem d. 5. Jun. de JURAMENTO JUDICIALI SINE PROBATIONIBUS DELATO, conscriptam publico eruditorum examini submittet. Ad quem actum illustrandum Magnificum Dominum Rectorem, Regiminis proceres excellentes, utriusq; Reipublicæ patres, omnesq; Literatorum Fautores, ut & Studiosam juventutem, eā quâ parest observantiâ & humanitate, & meo, & Facultatis meæ nomine, invito.

P. P. d. 25. Maii 1704. sub Sigillo  
Facultatis Juridicæ Rostochiensis.





GUSTAV KOCH  
Buchbinderei  
ROSTOCK.





neburgum concessit, ibique per triennia Michaëlitana, quam paulo ante etiam Pl. Rev. Dn. Christianus Kobl, Pastor Eris, in Ducatu Lauenburgico, devotissimam qventaverat, sub Clarissimi & Praecellentissimi Rectoris manuductione in hanc quanquam per adversam valetudinem studiorum cursu saepiusculè retardata ultimo tunc anno, privata informatio Dn. Licentiatis Schmarmacheri, in Institutum eos fecit profectus, ut Anno, 1689. ad Regias, & primùm quidem, ad nostra ensem, posset, ubi omnem curam am, ad inceptum juris studium applicebus & ductoribus viris consultissimi tissimis, præcipue Dn. D. Jacobo Lem Prof. dehinc civitatis hujus consule p. n. Johanne Kleinio, tunc juris Doctore præstatissimo, & paulo post Pandectarum Priorique Ducalis Assessore, posteaque ejus store, nunc vero etiam Serenissimi Burgici Regentis DN. FRIEDERICI MI Principis ac Domini nostri longè consiliario Intimo, simulque Cancellari gravissimo & hodie Academiæ Rectori Hospitioq; Viri Pl. Rev. DN. M. HENRICO MOHNII, Pastoris hic Jacob, fidelissimi est, Positis Rostochii fundamentis Juris in Aulis & Tribunalibus, illa in succeter & sanguinem constituit. Hinc se contulit, inde Dresdans, Hannoveram &

fe&tus est. Deinceps 1691. per Holsatiam iter faciens, in Daniam trajectus *Hafnia* per integrum fere annum commoratus est. Ex Dania ad Holsatos reversus, *Kiliam* petiit, ubi Fratris natu majoris Nobilissimi & Clarissimi Viri DN. FRANC. DIETERICI KOHLII; Scholae Kiloniensis Rectoris optimè merentis, hospitio exceptus, & privatâ Excellentissimi Viri DN. REIHERI, Juris ibidem & Mathesi Prof. celestis, informatione, jura ulterius excoluit, occasionem ibi nactus est, filios quoque Holstorum informandi, & pri- stris & Generos. DN.

THIENEN, He-  
Kiliam, residentis,  
ENEDICTI ab  
Osterade, &  
stituit. Indefes-  
titas præci-  
HIE NEN ni-  
ludem liberis suis  
umanitatis ac benivo-  
lentiae, nec sine dolore nostrum  
mæ mutatus dimissionē effla-  
git. Tunc dedit iter, in quo visit sororem  
unicam, & longè dilectissimam, Dominam  
ANNAM ABBYLLAM HEDWIG KOHLEN,  
Viro matrem Reverendo atque Excellentissimo DN.  
HABICHORSTIO, S. S. Tb. D. & Prof. longe me-  
ritissimo, Facult. Theol. Collegii Ducalis, Etottus Aca-  
demia Seniori gravissimo, & Consistorii Ducalis Consilia-  
rio

